

1055 A. Larcio A. filio Quirina Prisco¹ VIvir. equitum | Romanor., Xvir. stlitib. iudicand., quaestor. | provinciae Asiae, leg. Aug. leg. leg. III² Scythicae, | ped.³ leg. consulare provinciae Syrie, trib. pleb.; | praetori, praef. frumenti dandi ex s. c., leg. provinciae Baeticae Hispaniae, procos. - provin|ciae Galliae Narbon., leg. Aug. leg. II Aug., leg. | Aug. pr. pr. exercitus provinciae Afric., VIIvir. | epulonum, cos. desig., patrono col., d. d. p. p.

Thamugade (Eph. epigr. 5, 696; Villesosse bull. épigraphique de la Gaule 4 p. 459; vidi ipse). — 1) Filius puto A. Larcii Lepidi N. 987 (nam quod in huius titulo sepulcrali non memoratur, potest fuisse qualiscumque causa nobis ignota). — 2) Sic lapis; requiritur omnino leg. Aug. leg. III. — 3) Sic lapis; requiri videtur (quod edidit Pouille) pro.

1056 [Cn.] Minicio Faustino | [Sex.] I[uli]o . . [f]il. Serg. Severo¹ | [se]v[iro] t[u]rma[e] V eq. [R., I]IIIviro | [v]iarum c[ura]nd[ar]um, XVviro | [s.] f., [tr]ib. m[il. leg.] . . Il Geminæ, | [quaestor. pro]vinc[ia]e Macedonie | [c]andidat[o] div[i] Tr[ia]i. [P]artici, trib. p[le]b. | candidat[o ei]usdem, praetor., leg. | leg. XIII Gemin[ae, l]eg. | pr. pr. imp. Traiani | Hadria[n]i Aug. p[r]ovinciae | Dacia[e], cos., leg. pr. p[r.] provinciae | Moesia[e] inferioris, leg. pr. pr. pro]vinciae Brittaniae, leg. pr. pr. | [pr]ovinciae Iudeæ², [l]eg. pr. pr. | [pro]vinciae Suriae. Huic | [senatus a]uctore [imp. | Tra]iano Hadrian[o Au]g. | ornamenti triu[mp]halia | decrevit ob res in [Iu]dea | prospere ge[st]as.² | [D.] d.

Kistanje in Dalmatia, ibi prope ubi fuit Burnum (III 2850 p. 4059 primus descr. Mommsen cf. Hirschfeld arch. ep. Mittb. 9 p. 50). — 1) Hic est Sex. Iulius Severus consul suffectus a. 127 (dipl. XXXI), Iulius Severus memoratus a Dione 69, 15. Adoptatus videtur esse a Cn. Minicio Faustino consule suffecto a. 116 (dipl. XXVII). — 2) De rebus a Iulio Severo in Iudea gestis cf. Dio 69, 15. (Alius est Severus memoratus a Dione propter administrationem eius Bithynicam, cuius habemus titulos Ancyranos C. I. Gr. 4031. 4032).

1057 | leg. A[ug.] pr. pr. | provinc. Syriae, | leg. Aug. pr. pr. | provinc. Brittaniae, | leg. Aug. pr. pr. pro]vinciae German. | inferioris, praef. | aerari Saturni, | leg. leg. XXX Ulpiae, | praetor., tribuno | plebis, quaestori | Aug., tribuno lati]clav[i]o leg. X Freten[s]is, triumviro | a. a. a. f. f., | Aequenses | municipes.

Citluk prope Sign, ubi fuit colonia Claudia Aequum Dalmatiae, rep. (III 2752 bis descripta saec. XVIII). — Ante repertum titulum N. 4056 hunc titulum esse Iulii Severi memorati a Dione 69, 15 coniecit Borghesius opp. 4 p. 169; et est omnino, ut recte videt Borghesius, temporum Hadriani vel Antonini.

1058 T. Haterio Nepoti | Atinati Probo | Publicio Mateniano¹ | cos., pontif., triumphalib. | [ornamentis honorato]

Fulginis (XI 5212). — 1) T. Haterius Nepos, memoratus inter fratres Arvales a. 118. 120 (Henzen act. Arv. p. 487), consul suff. a. 154, legatus Pannoniae superioris a. 158, ab hoc non videtur diversus esse. T. Haterii Nepotis praefecti Aegypti a. 121 et 124, cuius titulum edimus infra, fuit aut frater aut filius.